



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De modo conuersandi in omni loco secularium. Cap. XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

honestè videri. De singulis ad disciplinam per singulas officinas & loca spectantibus, vix aut nunquam singulariter posset edisseri. Ad multa tamen haberi potest disciplinæ consideratio ex prædictis. In ostiis aut officinarum, aut vbi fratrum communis est transitus, maximè circa priuatarum introitum, vnde ad necessaria euntes & redeuntes respici possunt, nunquam honesti fratres faciât stationem. Quando etiam intrant & exeunt, officinarum secretiorum ostia post se claudant: ne superuenientes extranei & intrantes, fratres inueniant imparatos. Nunquam extraneos licet familiares ad visitandum officinas inuident. Si quâdo tamen ad aliquorum instantiam eas ostendere permittantur, domos tantùm communiore, non intra per singula loca seu angulos peragrando: sed ab ostiis expedite quantum honestas permiserit ostendentes, quicquid eorum aspectu subtrahere poterût, subtrahât & furetur. Nō est religio, vbi omnibus omnia patêt. In locis cōmunibus vbi fratrum occurrerit frequentia, nullo modo derineant aduentantes. Infirma hæc paruulis exprimens, grandium ocilla non vito: sed vbi proficit paruiducendus est illulor.

De modo conuersandi in omni loco secularium.

CAP. XXVII.

NVNC videndum est qualiter in villa, itinere, ecclesia, domo, locutione, & comestione sit nouis fratribus inter extraneos conuersandum. Si quando exeunt domum, habenda est eis custodia disciplinæ respectu societatis & sui. Societas & solatium & honestas religiosæ conuenit dignitati. Propter hoc

in villa, præcipue senioris, cum quo fuerint, vestigiis semper inhærentes, se ab eo etiam sub vno tecto nullatenus separent: quin ad minus videri semper ab ipso liberè possint. Seipsum autem quantum ad circumspectionem, locutionem, habitus & membrorum dispositionem in disciplina contineant. Non circumspeciant in vicis ciuitatis, vt Sapiens docet: auertât oculos suos ne hauriât vanitates. Et à secularium colloctionibus prudenter abstineant. Manus suas religiosè componant. Nunquam inter homines discooperto capite, vel almutiati vel aliàs indisciplinatè incedant. Sed nec secularium vel religiosorum domos subito eis ignorantibus introeant: sed vocando ab ostio, vel pulsando, seu aliàs quouomodo propositum seu voluntatem ingrediendi pronuncient. Vt eruditus (ait Sapiens) foris stabit.] Sed nec sine ductore per secularium domos, vel per religiosorum officinas est vagandum.

De modo conuersandi in itinere constitutis.

CAP. XXVIII.

SI fuerint extra domum in itinere constituti, & quantum ad societatem, & quantum ad seipsum cautè se debent & religiosè habere. Quantum ad societatem, debent sibi à multis, à scurris, & ratione periculi, à personis de maleficio notatis attendere. Talium personarum societas singularis, religiosi viris nisi fortè ad horam pro salutis animæ causa, non conuenit. Debent se tamen prudenter à consortiis huiusmodi segregare. Ipsi autem fratres in itinere se ab inuicem non debent nimis disiungere, quin ad minus mutuò se videre & audire faciliè possint. Non est tutum aut decès reli-

Fratres se
non dis-
iungant.

Ecdi. 9, 7
Psal. 113,
37.

Ecdi. 21,
26.